

HAMMON IVPITER.

HVius autem gener & vxoris Olym-
piadis germanus Alexander, cui Iu-
piter ille nihilo fidelior aut certior A-
polline respondit: urbem Pandosiam am-
nemque Acherusiam vitaret, eò cupidius
ex Epeiro descendens, vbi urbem ac am-
nem prænunciatum esse nouerat, in Ita-
liam venit, ibi pugnans cum Brutijs ac
Lucanis, iuxta urbem & flumen Acherun-
ta, bello victus, & interfectus est: Itaque
serò fatalibus nominibus auditis cor-
ruens, agnouit frustra se patriam reliquis-
se: Potuit hic vir placatior mori, loui suo,
Quam Philippus Apollini.

APOLLO DELPHICVS.

His autem furis agebatur insensata
mortalitas, fidens consultoribus in-
festis, senatum sibi è media inimicorum
vrbe delegerat, nondum tempus erat ex
tàm profundis tenebris emergendi, per-
sequebatur humanum genus Diuina vl-
tio, & sic meritum premebat, vt si dici fas
est, superstitionibus humanis cœlestis pa-
tientia faueret. Quid enim fuisse aliud
reor (si modò est verum quod clarissimi
auctores tradidère) Cleophantè vt ipsi no-
minant Sophistam, ineptum ac mordax

x. iij.